

CAPVT XII.

Contra semel inentantem in Senatu Bullarum retentionem ex vna causa res iudicata obrenta, an ei obstat denudò iterum agentij ex alia, tunc non deducta.

Et quid si deducta semel fuerit eadem causa, non tamen, sed alia prosecuta.

Vbi accuratè, an condemnatus vti Prælati, administrator, vel maioratus possessor, possit insuper iure proprio executorialium executionem impedire.

S V M M A R I V M.

Ad retentionem Bullarum fundandam cause legitime requiruntur, & quales legitima sint remissa, num. 1.

In retentione succumbenti ex vna causa deducta in Senatu, an ei obstat res iudicata postea iterum agentij ex alia noua tunc non deducta, num. 2. & seqq.

Agens ex vna causa falsa, & iniusta, non obinet ex alia vera, etiam tunc existente, num. 3.

Agentem ad nullitatem generaliter nulla expressa causa sibi præiudicare in ceteris vna prosecuta tantum, qui dixerint, num. 4.

In retentionis recusis succumbentem ex vna causa deducta, & prosecuta posse iterum ex alia etiam tunc existente nouiter retentionis remedium intentare, ut veriorum opinionem amplectitur, & comprobatur Authorem, num. 5.

Prosecutio ex vno capite non tollit aliud, licet omnia à principio deduxerit actor iuxta Rotam, num. 6.

Qui vna via ommissa aliam aggreditur, non teneri ad refectionem expensarum passim seruat Rota, num. 7. & num. 9.

Prosecutio ex vna actione non impedit quominus ad aliam possit conuolari, num. 8.

Agentij ex vna causa, & prosecuta non obstat res iudicata, quominus ex alia diuersa vterius agere queat, num. 10.

Res iudicata legitime obrenta contra possessorem maioratus successorij in eo, aut in dignitate nocet, num. 11.

Successori in maioratu non nocet res iudicata contra prædecessorem quando venit ex iure proprio, & ex causa diuersa à iure maioratus, num. 12.

Sententia lata contra defunctum non nocet heredi, qui ex alio iure, quam defuncti venit, n. 13.

Successor regulariter non impedit executionem sententia lata contra suum Authorem, impedit tamen si succedat alio iure quam hereditario, nisi fuerit citatus, num. 14.

Probationes contra Authorem non nocent maioratus successorij, nisi in prosecutione litis fuerit citatus, vel aliquot actus fecerit ex quibus sibi præiudicauit, num. 15.

Administrator Ecclesie, aut possessor maioratus, seu tutor tanquam sales citati, & condemnati nomine, & iure administrationis impediunt executionem ex iure suo proprio personali, n. 16.

Restitutio in integrum denegata ex vna causa iterum potest peti ex alia diuersa tunc existente, n. 17.

Res iudicata vt obstat, res requiruntur identitates copulatiue, causa, personarum, & rerum, num. 18.

Res iudicata non extendit vires suas ultra personas, res, & causas, seu iura in ea comprehensa, num. 19.

Res iudicata vt obstat sufficit, quod identitas sit verè, vel interpretatiue, num. 20.

Eadem res interpretatiue dicitur, quando inter easdem personas eadem questio renouatur, est de alia reperitur diuersa, num. 21. vbi de exemplis.

Actio est sit diuersa, si idem sit medium concludendi rei iudicate obstat exceptio, n. 22.

Res iudicata obstat, licet ad rem diuersam, si tamen ex eodem fonte, & origine iterum petatur, num. 23.

Retentionem litterarum petenti ex vna causa, & succumbenti non obest res iudicata, quominus iterum ex alia separata, & diuersa retentionem intentare possit, provi in facti contingentia obtinuit Authorem in hoc Consilio Supremo, n. 24.

Agens ex causa falsa non obinet in eodem iudicio ex alia vera, est tunc existente, in alio tamen iudicio nouiter intentata obinebit, n. 25.

Restringens se ad potestatem inualidam non substat actum ex valida tunc sibi competente ibidem.

Marius Giurba, dicens propentem nullitatem generaliter, & prosequentem vnam causam tantum sibi in ceteris præiudicare reprobatur; & Tuschus, quem pro se allegat, contrarium tenet, num. 26. & sequentibus.

Intentans vnam nullitatem, & succumbens, non prohibetur aliam nullitatem intentare, num. 27.

Res iudicata non præiudicat quoad omnia deducta in iudicio, si solum alia sint prosecuta, n. 28.

Et de exemplo, num. 29.

Plura deducens in iudicio, si aliqua tantum malitiose prosecutur ratione doli sibi præiudicat in omnibus, num. 30.



D fundandam retentionem Bullarum causam legitimam esse necessariam, in genere resolutum supra hac 1. part. cap. 3. quas autem legitimas fore in cap. 4. & duobus sequentibus abundè examinauimus, & alios similes casus sub regularum ratione comprehensos firmauimus cap. 9. nunc tractandum, si ex aliqua fuerit in Senatu causa, & Bullarum petita retentio, & tanquam minus legitimam succumbat petitor; si poterit postmodum ex alia diuersa causa nondum deducta, vel si deducta non tamen fuerit prosecuta, an sit excludendus, & illi hoc salubre denegandum remedium pluries dubitatum vidi, & de eo consultus.

Et videtur quod illi alia ex causa agentij tunc existente, obstat rei iudicate exceptio: generalis etenim est & constans propositio, quòd agens ex vna causa falsa, quæ caret iure & iusticia, non potest obtinere ex alia, etiam vera & iuridica tunc temporis existente, ita post Romanum, Marant. Tiraquell. & quamplurimos alios Doctores firmauimus de Regia protectione 4. part. cap. 8. à num. 270. & sequentibus, & sup. quibus adde Rota Romanæ decis. 100. in nouissimis p. 2. ex num. 1. vsque ad num. 7. quam ad litteram adducit Castillo controuers. tom. 5. cap. 93. sub num. 16. Mafcard. de probationibus, conclus. 380. num. 2. Straca. de asseratione. gloss. 29. num. 4.

n. 4. Roman. consil. 446. col. 1. Intrigol. decis. 10. num. 2. Ergo idem dicendum erit in nostro casu, vt nullatenus possit de nouo admitti ad Bullarum retentionis postulationem & cognitionem, & ad hoc remedium nouiter intentandum ex alia causa quantumcumque diuersa & legitima, si eadem extiterit à principio, si tamen illam deducere omisit, nec ex ea debet obtinere.

Secundò fortius & indiuidualiter probatur ex Bartholi doctrina in l. si expressim. in fin. ff. de appellationibus, & in l. 1. num. 19. C. quando pronocare non est necesse, qua nos docet; quòd si simpliciter & in genere de nullitate fuit dictum nulla expressa causa, tunc si vnam dumtaxat prosequutus est actor, præiudicat sibi in omnibus, vt ad aliam nullitatem, ex alio capite redire non possit, quem sequutus est Marius Giurba decis. 20. num. 8. vbi ad idem allegat Castrensi. consil. 232. versicul. Vnum aduertendum, volum. 5. Abbat. consil. 97. num. 2. lib. 1. Tuschum tom. 5. littera N. conclus. 149. num. 9. & tom. 6. littera R. conclus. 168. num. 19. Ergo semel exclusus à remedio hoc retentionis ex vna causa, quæ illegitima iudicata fuit in Senatu; ex alia diuersa denudò vti vterius non poterit, etiam illam expressè non duxerit, sed genericè, quantumuis illam non fuisset prosecutus.

Contrariam tamen sententiam & opinionem semper de iure & verissimam dixi, & non semel consului, imò hoc vtens remedio retentionis ex vna causa, & succumbens in ea, possit liberè ex alia tunc existente (& etiam si simul deducta fuisset non tamen prosecuta, nec de ea specialiter cognitum, nec agitarum) iterum ad Senatum recurrere pro litterarum eardem retentione, ita vt nec ei obstat rei iudicate obrentæ exceptio super causa sola specialiter prosecuta, provt pluries determinasse Rotam reperio, vt per Seraphinum in decis. 630. num. 5. ibi:

Nec obstat quod à principio intentatum fuerit remedium quorum honorum, & in eo succubuerit, quia (vt dictum est) omne ius censetur deductum à principio, nec prosecutio ex vno capite tollit aliud, &c. Rota per Alexand. Ludouic. decis. 488. num. 1. & sequentibus; vbi expressè fuit dicta decisio Seraphini approbata, in hæc: Non obstat, quod Ruffus ab initio petierit tanquam focus; quia postea declarauit se velle consequi tanquam creditorem, & stante commissione, in qua ab initio omne ius suum censetur deduxisse; prosequitur ex vno capite non tollit aliud, vt censuit Rota in vna Ceruensis honorum 17. Iunij 1583. coram bona memor. Cardinal. Seraphini. Vbi etiam fuit dictum, Rotam passim seruate vt vt ille qui ommissa vna via, aliam aggreditur, non teneatur ad refectionem expensarum, & quod Ruffus potuerit hoc facere, fuit particulari decisione resolutum, &c. Quæ doctrina probatur ex plurius Doctoribus infra ad responsum secundi argumenti à n. 26. & sequentibus.

Et vterius determinauit in his terminis eadem Rota teste eodem Alexandro Ludouicio decis. 270. num. 3. ibi: Ruffus non applicatur regula, l. quod in heredem, §. eligere, ff. de tributaria actione, quia monitorium non est restrictum ad causam societatis propter clausulam (ius & iustitiam ministrari, omni meliori modo) & alias, provt in processu, quo casu censetur

omne ius à principio deductum, & prosecutio ex vna actione non impedit, quominus ad aliam possit conuolari, vt fuit latè deductum in illa Romana donationis 50. mil. 29. Marij & 30. Iunij 1574. coram felicis recordat. Clement. 8. vltra quod fuit postea obrenta commissio, cum clausula (quam & quas) ex qua appareret quod non se arctauerit, vt fuit dictum in dictis decisionibus, & propterea stante huiusmodi commissione, & quando fuit omne ius deductum, Rota passim obseruat, quod ille, qui ommissa vna via aliam aggreditur; non tenetur ad refectionem expensarum, vt in vna Ceruensis honorum 27. Iulij 1583. coram illustrissimo Cardinali Seraphino, &c. Quæ decisiones ad propositum mirabiles sunt, & in hac vltima Beltraminus in annotatione 1. num. 11. Adicit alias decisiones Rotæ, in quibus idem fuisse dictum, vt in Hispanens. & Cordouens. prestimoniorum 27. Februarij, & 7. Aprilis 1606. coram bona mem. litra, & ipse Olibertus in dist. decis. 488. littera A. adducit aliam decisionem concordantem.

Et quod agens ex vna causa in iudicium proposita, & prosecuta; minime impediatur postmodum ex alia diuersa vterius agere, ita vt non possit rei iudicate exceptio obstat, Antonius Gabriel. communium opinion. lib. 2. titul. de actionibus, conclus. 2. limitat. 3. num. 17. Petrus Surdus consil. 139. à num. 6. tom. 1. & post alios latius tractauimus inuariatam de Regia protectione 4. part. cap. 3. à num. 200. cum multis sequentibus, & est text. in l. 2. & in l. si mater, §. eadem, ff. de exceptione rei iudicate; & quod exceptio rei iudicate non noceat agenti ex alia causa, est textus in cap. fin. vbi Doctores de causa possess. & proprietat. text. in l. legitimam, l. Lucius, l. hereditas, ff. de petitione hereditatis, l. neque, C. ad exhibendum, l. si quis cum totum, l. si is qui, & l. fin. ff. de exceptione rei iudicate, cap. aduersario, de excep. Cardolo in summa praxi. ind. verbo, Excepti. num. 20. Quare quando iste recurrit iterum ad Senatum pro obtinenda retentione litterarum ex noua alia & diuersa causa, admitti omnind debet.

Et comprobatur, quoniam quando heres condemnati, aut successoris in dignitate, aut maioratus (quibus indubiè nocet res iudicata legitime obrenta contra possessorem, vt & Nos alibi latè diximus) vult denudè agere alio diuerso iure & causa, omnino admittendus erit, nec cum ei excludit rei iudicate exceptio, sicut post alios obseruauit Mieres de maioratu 4. p. quest. 14. num. 11. quem sequitur Castillo controuer. tom. 6. capicul. 157. num. 29. & Sarmiento in l. vnum ex familia, §. de falsoidia, num. 4. in hæc: Et in omnibus his speciebus sententia lata cum vno alio nocet, scilicet iis qui media illa persona, que est condemnata, succedere velint: si vero non t ex iure illo communi sententia non nocet, vt in l. cum queritur, & in l. & an eadem, ff. de exceptione rei iudicate. Ideo potest constitui regula, si circa causam maioratus sententia non noceret illi, qui alio iure venit, multò minus in causa maioratus nocet, nec enim sententia lata cum defuncto nocet heredi, qui ex alio iure quam defuncti venit, &c.

Idem quoque probat Rota teste Hercule Marefco to 7. variarum resolutionum. lib. 2. cap. 121. num. 4. 5. & 6. & alij Doctores ab eo citati in hæc: Similiter successor, licet executionem sententia lata contra eius Authorem regulariter non

non impediatur, l. heres absens, & l. si iis, ff. de iudiciis; impedit tamen si succedat alio iure, quam hereditario, puta maioratus, nisi in discussione causæ fuerit citatus, saltem per proclamationem, cum hoc casu ipsum non affirmant sententia, & res iudicata, Barthol. in l. i. ff. de pignoribus, tenuit Rota in ista Hispanens. decimarum de Villalua 18. Junij 1581. coram Cantuario & in Calaguritana panis 10. Novembris 1597. coram Cardinali Seraphin. In qua hæc materia fuit ventilata, & fuit dictum, probationes contra Authorem factas non nocere successori in maioratu, nisi in prosecutione litis fuerit citatus, vel aliquos actus fecerit, per quos sibi præiudicaverit, &c.

16 Quibus consonat mirabilis illa doctrina aureis litteris perpetuo firmanda, à nobis accurate fundata, in tractatu de Regia præcepti. 14. parti. capitul. 8. à n. 274. qua diximus; administratorem Ecclesiæ, dignitatis, hospitalis, aut maioratus, seu etiam tutorem conventum, & condemnatum nomine, & ex iure Ecclesiæ, dignitatis seu administrationis, &c. posse postmodum idem mouere iudicium ex iure, & interesse proprio suæ personæ, & ex causa diuersa, abique eo quod ei possit obstat exceptio rei iudicatæ, vt latius ibi probauimus post alios Doctores, & Rote decisionem, quibus adde Cocceium decis. 377. num. 2. Martam de clausulis 11. num. 4. vbi plures Doctores citat pro hac singulari doctrina, & est mirabilis illa Tiraquelli, quam refert & sequitur in proposito Seraphinus decis. 1088. ad finem & per totam, & ipse decis. 304. per totam, plurimos Doctores pro hac allegat Iacobus Canticus variat. resolutionum, lib. 3. cap. 17. de sentent. & eorum execution. à num. 546. cum sequentibus (licet ipse ab ea temerè discedat) & nostram hanc doctrinam pluribus aliis corroboratis, quas mirabiles, & per varia exempla congestissimas infra 2. p. cap. 15. à num. 28. cum multis sequentibus, vers. Eandem rationem, qua vicitur Rota, & totum à num. 14. & seq. vers. Quod quidem decretum; vbi mirabilis adducitur Rote decisio, & vide per totum caput.

Et cum Baldo in cap. 1. §. ad hoc de pace inuicem. firmat. num. 14. & consil. 159. num. 5. lib. 3. Ludouic. Sava. respons. 2. n. 12. Anna. consil. 122. num. 16. lib. 2. Vincent. de Franch. decis. 138. nostram resolutionem sequitur D. Ioan. de la Rea in decis. Granatens. disputat. 35. num. 40. qui recedens in proposito ponderat. l. si ex patrono 10. §. i. ff. de bonis libert. Sed meliorem text. allego. singularissimum valde in l. si filius 42. §. 1. ff. de bonis libertar. ibi: Ei qui alio iure venit, quam eo, quod amisit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest id quod habet. Sic edictum est patrono, eidemque patroni filio non obesse, quod quasi patronus deliquit, sicut patroni filius venire possit, iuncta l. & an eadem, ff. de except. rei iudicat. & si mater, §. eandem, eadem rit. ibi: Alia enim causa fuit prioris domini, hæc noua nunc accessit. Itaque adquisitum postea dominium aliam causam facit, &c.

17 Supradicta etiam conuenit, quod licet restitutio in integrum si semel negata fuerit à iudice, iterum potest peti ex noua & diuersa causa tunc quantumvis existente, sed ea non deducta, neque de ea cognitum fuerit, latè probat Sforcia Oddi. in tractatu de restit. 1. parti. q. 16. art. 5. & 6. & art. 9. quem vide omnino.

Et horum omnium vna est ratio, quod ad hoc vt obstat exceptio rei iudicatæ, trium copulatiuè requiritur si conuersus, nempe identitas causæ, identitas personarum, & identitas rerum, vt scilicet eadem sit causa petendi, & eademmet causa petatur, & eadem sint personæ, alias exceptio ipsa non poterit obstatè denuò agenti text. in l. cum quaritur cum duabus sequentibus, ff. de exceptione rei iudicat. text. in cap. fin. de exceptione lib. 6. que iura exornantur ex communi plurimorum Doctorem sententia, prout latissimè Petr. Surd. in consil. 114. n. 21. & consil. 165. num. 11. & in consil. 173. num. 83. lib. 1. & in consil. 312. num. 1. lib. 3. & ipse in tractatu de alimentis, tit. 1. quæst. 126. num. 2. Fabius Anna in consil. 17. num. 1. & consil. 99. num. 1. In trigol. decis. 3. n. 157. lib. 3. Andreas Gallius lib. 1. obseruat. 70. num. 17. Lanarius in consil. 69. num. 19. Caball. in consil. 84. num. 1. videndus decis. 55. Tufchus tom. 3. litt. E. conclus. 384. per totam, & tom. 7. littera S. conclus. 175. Castillo controueriarum tom. 5. capitul. 104. à num. 25. quem omnino vide. Vincenius de Franchis decis. 89. Petrus Barboza in l. diuortio, §. final. num. 62. ff. soluto matrimonio, Marius Giurba decis. 20. num. 1. Gratianus disceptat. forensib. tom. 3. cap. 445. num. 11. vbi etiam, quod exceptio rei iudicatæ obstat, quando concurrunt illæ tres identitates, videlicet idem corpus, & quantitas petita, idem ius & causa petendi, & eadem conditio personarum, bonè & eleganter Franciscus Duarens ad titulum, ff. de except. rei iud. capitul. 1. & quatuor sequentibus. Singulis identitates exornat Hugo Donellus commentar. lib. 22. capitul. 5. de exceptione rei iudic. quibus, aduersus quos, qua de re competat, fol. 1241. Scaccia de sententia & re iudicata, glossa 14. quæst. 2. num. 9. Vbi explicat, quod res iudicata, quæ imponit vltimum finem liti, non extendit vires suas vltra personas, res & causas, seu iura comprehensa in sententia & re iudicata, & ideò ad hoc vt res iudicata obstat liti quæ postea mouetur, requiruntur tria; primum, quod petatur idem corpus, seu eadem quantitas; secundum quod sit idem ius, sine eadem causa petendi, tertium quod eadem sit conditio personarum. Quare semper quod succumbens in remedio retentionis litterarum Apostolicæ, ex vna causa deducta & prosequuta, voluerit denuò iterum eo vti ex noua causa, illarum retentionem obtinebit in Senatu.

Vnum tamen vile valde notare debes, quod ad hunc effectum si vt obstat exceptio rei iudicatæ, sufficit ad identitatem horum trium, quod vel sit verè, vel interpretatiuè idem, gloss. in l. & an eandem, verbo, Concurrunt, vbi Barthol. §. 1. ff. de except. rei iudicatæ, Angelus in dict. l. cum quaritur, Lanarius consil. 34. num. 15. & consil. 65. num. 5. Pontius consil. 49. num. 4. consil. 62. num. 36. Tufchus liter. E. conclus. 384. num. 33. Petrus Surdus consil. 312. num. 26. Anna. consil. 33. num. 27. & consil. 99. num. 1. Socinius consil. 18. num. 44. volum. 1. Cornacius decis. 70. num. 8. Castillo controueriarum 5. cap. 104. num. 26. Giurba decis. 20. sub num. 1.

Interpretatiuè autem eadem res dicitur, quando inter easdem si personas eadem quæstio quæ decisa est, renouatur; etsi de alia re penitus diuersa tractetur, text. in d. l. Iulianus, ff. de except. rei iudicat. Vbi si quis egit petitione hereditatis ad vnam rem; & succubuit, si postea cum

18 cum eodem velit eadem actione de tota hereditate agere, rei iudicatæ exceptione repellitur, consert l. si quis cum totum, versicul. Et generaliter, ff. eodem. Vbi petens debitum ab hereditario debitore, si succubuerit, eo quod non sit hæres, & inde ab eodem hereditate petat, rei iudicatæ repellitur exceptione, Ponte consil. 62. num. 40. 41. Franchis decis. 58. num. 8. Lanarius consil. 34. num. 16. consil. 65. n. 6. & est doctrina Castrensis in dict. l. si quis cum totum, Giurba dict. decis. 20. num. 2.

Fuit etiam Bartholi doctrina in l. 2. §. 1. num. 5. ff. vi bonorum raptor. Alexand. in l. sapè, num. 84. ff. de re iudicata, Socin. per Castren. in dict. l. si quis cum totum, §. & generaliter. num. 1. & consil. 111. in fin. lib. 1. Ruinus consil. 124. ad finem, volum. 5. Felinus in cap. pen. num. 6. de re iud. Crotus in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 62. & ibi Aleciatus num. 10. ff. de verborum obligat. Ponte consil. 49. num. 3. & dict. consil. 62. num. 44. 45. & 51. & consil. 99. num. 10. Anna allegat. 10. num. 9. & 14. Surd. consil. 312. num. 9. Riminald. Iunior. consil. 413. num. 8. Barbol. in l. diuortio, §. fin. num. 19. ff. solut. matrimonio, Anton. Gabriel. rit. de exception. conclus. 2. qui omnes asserunt, quod si in secundo iudicio disceptandum est id, quod per primam sententiam in iudicatum transactam fuerat terminatum, licet de re agatur penitus diuersa, dicitur eadem res, vt rei iudicatæ obstat exceptio.

22 Et pariformiter quoad actio si est diuersa, sed idem est medium concludendi, rei iudicatæ obstat exceptio, dict. l. si mater, §. eadem, ff. de exception. rei iudicat. & ibi Bart. Petr. Surd. consil. 312. num. 22. & post plures alios: Giurba decis. 20. num. 4. quem sequitur Castill. controuerf. tom. 5. cap. 104. num. 18.

23 Et quod rei iudicatæ obstat si exceptio, licet ad rem diuersam agatur, si ius pendeat ex eodem fonte, atque eadem sit origo, hoc enim potissimum in exceptione rei iudicatæ erit, vt totum à causa, id est, origine petitionis dependeat, adde vt & si eadem res ex alia causa petatur, quam ex illa, ex qua primitus petita fuit, id est, si alia est origo petitionis rei iudicatæ, non obstat exceptio, & dicitur diuersa res; & per contrarium, si penitus agatur de re diuersa, sed eadem est origo petitionis, dicitur per interpretationem eadem res, & rei iudicatæ obstat exceptio, Marius Giurba dict. decis. 20. n. 3. 4. & sequentibus, & per eum Castillo d. cap. 104. n. 18.

24 Quare ex supradictis clarè patet nostra opinio, quæ reuera certissima est, & indubitabilis; si eamque de facto habui, & obtinui in hoc supremo Consilio Regio in causa retentionis Bullarum Episcopi Ouertensis (postea meritisissimi gubernatoris huius Archiepiscopatus, & Primatæ Tolitana) qui postquam reportauit contra se in supremo hoc Consilio rem iudicatam retentionis locum non fore ex causa ab eo deducta; postmodum eodem remedio vti fuimus ex diuersa causa tunc non deducta, aut specialiter non cogita, quæ (me informante neruosc) admittit fuit, & de ea in Senatu longum factum fuit examen, & cognitio, & in prima instantia ex voto octo Senatorum, ex noua causa deducta decretum retentionis fuit obtentum, licet postmodum in applicationis secunda instantia ob varias negotij circumstantias illegitima fuit inuenta, quibus cessantibus proculdubio con-

firmaretur prius decretum, Sed vnum aduerto, quod tunc Senatus non dubitauit admitti dictam nouam causam, si legitima foret, sed super facto tantum super quo dumtaxat cecidit deceptatio, non super iure, quod apertissimè monstrauimus, & Senatus certum semper agnouit, & ita tenendum est.

25 Quibus non obstant duo illa argumenta ad principium si huius capituli considerat non primum, agentem nempe ex vna causa falsa, & inutili in iudicium deducta, non posse obtinere ex alia etiam vera eodem tempore existente, quoniam responderetur, veram esse propositionem in suo genere, & casu, de quo loquuntur Doctores, nempe vt in eodem iudicio primitus intentato non possit obtineri successus in alio de nouo causa deducta iuxta que hæctenus latè dictum est, & ita loquuntur Doctores ibidem in argumento citati, prout etiam per me ipsum videbis loco ibi allegato.

Qui enim actum gerit habens duo iura, & potestates, si se restringit ad inualidum, & inutile ad actum: non sustinetur actus ex alia potestate & iure, quod habebat etiam tunc, Cardinal. consil. 1. de accusatoribus, Ancharanus consil. 357. Castiodorus decis. 7. n. 7. de appellacionibus, vbi bonè explicat. Capiccius decis. 95. in causa, n. 9. Marianus Socinius in cap. 2. artic. 13. de libelli oblatione, Sebastianus Vancius in tractatu de nullitatibus sentent. ex defectu iurisdictionis ordinari. sub n. 174. vers. Quamuis dicta clausula, Menochius de presumptionibus, lib. 2. presumptione 17. à n. 2. Singulariter etiam Caldas Pereira in tractatu de emptione, & venditione, capitul. 3. à n. 12. & pluries determinauit Rota, vt in vna Tridentina del Rosal. 12. Decembris 1594. ad litteram alio in proposito adducta per Nicol. Garcia de beneficiis 6. part. cap. 2. num. 17. Seraphinus decis. 415. à num. 1. & sequentibus, Alexander Ludouicus decis. 2. & decis. 204. à num. 56. vbi Olivertius Beltraminus in annotation. num. 31. alias decisiones concordantes refert. De quo singulariter egimus infra 2. part. capitul. 12. §. vnicò, à num. 5. cum multis sequentibus, & serè per totum §.

26 Neque obstat secundum si ex Giurba, quoniam dum loquitur contra tot decisiones Rote expressas in contrarium, & Doctotum tot fundamenta, & auctoritatem, attendendus non erit, & Tufchus (quem ipse ibi allegat) contrarium firmat littera R. conclusio. 268. à num. 9. vbi idem dicit quod Rote decisiones, & faciunt etiam quæ Nos de Regia profectione 4. part. capitul. 9. à num. 35. & sequentibus. Et in principio ipsius capituli, & iterum 2. part. cap. 7. num. 192. Egimus de causa quæ sit deducta in iudicium, si & persecta, vt aliter non patet rei iudicatæ exceptionem, vbi plurimos Doctores citamus; prout per te latius videbis, quibus & omnia superius dicta in hoc capite addere poteris.

27 Imò ipse Tufchus (quem allegat Giurba dict. decis. 20. num. 8.) in littera R. conclus. 268. n. 19. totum dicit contrarium ibi: Extendit, quia si intentans vnam nullitatem, & succumbens, non prohibetur aliam nullitatem intentare. Abb. consil. 97. aringam, column. 2. num. 2. versic. Ex quibus, lib. 1. & ipse Tufchus expressis nostram opinionem sequitur ibidem, n. 9. in hæc: Amplia, quia res iudicata non præiudicat quoad omnia

29 omnia t. deducit in iudicio, si solum aliqua sunt prosecuta, Socin. *conf. 18. proseguendo ordinem, num. 42. & sequent. lib. 1. quem sequitur Apollita ad Felin. in cap. adversario. num. 4. ver. Rei iudicata de exceptionibus; vbi allegat plurimos, &c. Aperte etiam exemplum reddit cum eadem doctrina ibidem, num. 10. & sequent. ibi: Extende, quia si actor deduxit simpliciter, & generaliter actionem, puta hypothecam, & reus absolutus est, si vnam rem t. solum, & hypothecam specialem est prosecutus, & succubuit, non prohibetur eandem hypothecam quoad alia intentare, quam non est prosecutus, Socin. *dict. conf. 18. num. 45. lib. 1. &c. qui n. 11.**

30 Ita hoc limitat, ibi: Reltringe, nisi t. is, qui deduxit plura prosecutus fuisset aliqua tantum cum malitia, quia tunc ratione doli sententia indefinita lata prauidicium etiam quoad non prosecuta, Felinus plura cumulans *dict. c. adversario, num. 12. de exceptionibus, &c. Quam limitationem nota, quia Tuschum etiam in hac limitatione sequitur fuit Nos de Regia protectione, 4. part. cap. 9. num. 10. & 11. & vide a num. 8.*

Atque ita, vt vides, Tuschum perperam allegauit Giurba pro sua opinione, cum potius in praedicto loco, & aliis per Nos annotatis nostram opinionem communem & receptam, & ab alio nemine impugnata amplectatur, & constanter asseueret.

CAPVT XIII.

Pendente recurfu ad Regem ob Bullarum retentionem, concordia inita inter colligentes, absque tamen Fiscalis Regis interuentu, an faciat ipsum cessare recursum?

Vbi exacte de effectibus iuris complicati, atque conexi cum iure alterius.

Et an ipsorum vnus condemnatus queat ex iure alterius complicati executionem in totum curare.

SVMMARIVM.

Recurfu pendente ad Regem ob Bullarum retentionem an concordia inter colligentes absque Fiscalis interuentu faciat cessare recursum quoad omnes, a num. 1.

Defensio vassallorum, ad quam Rex tenetur, illorum an principaliter interest? num. 2.

Partibus non Regi principaliter incumbit à literis supplicare Sanctissimum, & supplicationem proseguere, num. 3.

Resoluto iure principali resoluitur ius in consequentiam ab illo dependens, num. 4.

Omni rei per quascumque causas nascitur per easdem resoluitur, num. 5.

Ex concordia inita inter colligentes super retentione regulariter non cessat recursum, quem prosequi valet Regius Fiscalis non transiens, n. 6.

Proteccio vi oppressorum, ne scandalum patiatur Respublica, propria est Principis Regalia, n. 7.

Regalia proteccionis in prauidicium Regie dignitatis nemo potest renuntiare, quominus ea insuper Rex viatur, num. 8.

Rempublicam tueri, & de eius salute (qua in tranquillitate consistit) curare, precipuum Regis est interesse, num. 9.

Princeps caput est Respublica, & ab eo dependet omnis potestas, num. 10.

Rex Respublice gerit imaginem, cuius loco fuit subrogatus, num. 11.

Is quem principaliter tangit negotium attenditur; non habens ius in consequentiam, num. 12.

Retentionis omnis casus vnica tantum rationi, & fundamento nituntur prauidicio scilicet publice utilitatis, num. 13.

Littere in prauidicium tertij extorta regulariter in Senatu non retinentur, nisi simul concurrat publica utilitas, num. 14.

Retentionis ius principaliter est publicum, n. 15.

Iuri publico, cum ad utilitatem communem spectet, detrahi nequit, nec priuatorum conuentione tollit, num. 16.

Ad publicam utilitatem cum pertineat delictorum punio, minime impediuntur priuatorum conuentione, num. 17.

Ius in utilitatem principaliter publicam, & secundario in fauorem aliquorum, nequit priuatorum conuentione tolli, aut renuntari, num. 18.

Legi tendenti principaliter in fauorem singulorum, & incidenter in fauorem publicum recte valet renuntari, num. 19.

Retentionis literarum remedio (cum fuerit principaliter in fauorem publicum inductum, & secundario in utilitatem vassallorum) renuntari nequit, num. 20.

Prinilegio continenti fauorem priuatorum, & Principi simul nequit ab illis renuntari, n. 21.

Consensus Superioris requiritur, vt renuntari valeat iuri continenti fauorem complicatum cum subditis, num. 22.

Vassallus nequit consentire, nec expressè, nec tacitè in alterius iurisdictione absque Domini consensu, num. 23.

Exemptus nequit prorogare iurisdictionem alterius in prauidicium superioris, num. 24.

Recurfu aequaliter continenti utilitatem vassallorum, & Regis in huius prauidicium non valet renuntari ratione conexitatis inseparabilis, num. 25.

Quae non possunt nisi connexè produci, non possunt, nisi connexè, tolli, num. 26.

In conexis, & indiuidui nihil potest fieri contra vnum, quin alteri inferat prauidicium, n. 27.

Connexa sunt indiuidua, num. 28.

Iuri complicato cum iure superioris nequit renuntari in illius prauidicium, num. 29.

Transactio super iure complicato cum iure alterius non valet in illius prauidicium, num. 30.

Abbas non potest renuntiare exemptioni ab Ordinario absque sui Conuentus consensu, n. 31.

Exemptus licet possit prorogare iurisdictionem Ordinarium id sit, quando non redudat in alterius prauidicium, sed prorogatis tantum, n. 32.

Superior potest petere remissionem vassalli prorogantis alterius iurisdictionem, n. 33.

Iuri, & prinilegio suo quis renuntiat quando respicit sui commodum, non alterius, aut publicum, num. 34.

Dispositio Tridentina in cap. causae omnes respicit fauorem Ordinarium, & subditorum simul, ideò vnus consensu non valet renuntari, n. 35.

Renuntatio redundans in prauidicium alterius, aut iuris publici non tenet, num. 36.

Iurium

Iurium complicatio, & conexitas vbi adest, non fit executio in renuntiantem, quia inferi inseparabile prauidicium non renuntiant, num. 37. & 38.

In iuribus complicatis vt sententia teneat etiam pro parte, non sufficit aliquorum tantum citatio, num. 39. & sequentibus.

Quamplures Rota decisiones recensentur ad hoc, quod in iure complicato, & conexo sententia lata contra citatum, nec etiam contra ipsum exequatur, ibidem.

Indiuidui iuris vbi adest, citatio omnium habentium ius complicatum requiritur, vt iudicium & sententia valeat etiam contra citatos, n. 40.

Processus est nullus etiam respectu citati, si omnes consortes non citentur stante conexitate iuris ex eadem causa pronentibus; pluries determinauit Rota, num. 41. & seqq.

Sententia si potest exequi in portione citati non illata prauidicium portioni non citati valet quoad citatum dumtaxat, num. 42.

Citationis defectus quoad vnum non prodest alteri citato habenti ius separabile, & non conexum interesse, num. 43.

Sententia lata in fauorem Arrendatarij, & Ecclesie non citata, nec stantis in lite, est nulla vtriusque respectu ratione conexitatis iuris, & à iure Ecclesie dependens, num. 44.

Sententia in conexis, & inseparabilibus lata pro vno alteri suffragatur in consequentiam, quando valde fuit prolata: scilicet quando fuit nulla ex defectu citationis, num. 45.

Sententia nulla respectu vnus ex litigantibus consortibus sper iure separabili erit valida respectu alterius, cui non prodest nullius consortis, num. 46.

Sententia in conexis non potest esse valida respectu vnus, & nulla respectu alterius, num. 47.

Sententia vnica structura verborum concepta, & non per capita distincta iniustitia in parte insuit in totum, nec dari in executionem potest, num. 48.

Executio sententiae latae contra vnum suspenditur in totum eiusdem respectu, & omnium habentium ius complicatum, & inseparabile continens prauidicium, num. 49.

Secus pro portione condemnati admittente diuisionem, & separabilitatem, num. 50.

Circa ius complicatum & conexum plura remissiones, num. 51.

In iure complicato, & indiuiduo prinilegium vnus prodest alteri non priuilegiato, num. 52.

Recurfus retentionis non cessat (regulariter) ex concordia inita inter colligentes non concurrense consensu Fiscalis Regis, cui proteccio principaliter interest, num. 53.

Independentibus à Principe consensus partium nihil operatur, num. 54.

Citator, vt extra Regnum compareat in Romana Curia potest Rex defendere, etiam renuntibus ita citatis, num. 55.

Retentionio Bullarum prouenit à iure naturali, cui libet permittente licitam defensionem, n. 56.

Retentionio Bullarum, vbi absolute, & immediate vergit utilitas publica absque particularis participatione, renuntari nequit sine Fiscalis interuentu, qui tunc recursum prosequi valet, num. 57.

Retentionio in casibus, quibus locum habet causariuè sub aliquo supposito, nempe ex defectu consensu

eius, quem principale negotium tangit, cessat, quandocumque accedat consensus, n. 58.

Retentionio Bullarum in derogationem iurisdictionis, cum fundetur in defectu consensu patroni, cessat quandocumque intrinuerit, num. 59.

Gratia, quae in prauidicium tertij non tenet antea vel post, eius accedente consensu, validatur, num. 60.

Violentum non dicitur vim passio opinante, & cooperante seu consentiente, iuxta Aristotelem, num. 61.

Retentionio literarum in contrauentionem Tridentini in cap. Causae omnes, cessat accedente consensu partium, & ordinarij, num. 62.

Retentionio Bullarum ob notabile prauidicium tertij cessat accedente tertij voluntate, & consensu, n. 63.

Immunitas Ecclesie conceditur causatim, & secundum quid, si aliquis velit ea vi, quae cessat cessante voluntate, & renitente confugiente, n. 64.

Regia pupillarum, & miserabilium proteccio cessat accedente consensu illorum, num. 65.

Retentionio literarum cessat cessante causa sper qua fundatur, ibid. Mimolaca declaratur & num. sequent.

Consensus vbi non requiritur pro forma actus, sed ad partis utilitatem, quandocumque subsequatur, conualescit actus, num. 66.

In retentione literarum principaliter vergit utilitas, & interesse Regis, cuius est Regalia, n. 67.

In retentionis cognitione duo tempora considerantur ante decretum Senatus, & post illud executum: In primo principale est Regis interesse tollere violentiam in secundo partis adstricta ad supplicationem coram Papa, num. 68. & sequentibus.

Regi principaliter pertinet vim tollere faciendò, vt Index reponat, & deferat appellations, appressò tamen illam prosequi coram superiore, n. 70.

Vbi adest violentia in damnum Respublicae immediate potest Fiscalis Regius solus, vel à principio deducere in Senatum, vel ex post facto desistente recursum intentante, num. 71.

Voluntarium à principio fit necessarium ob ius tertio questum, num. 72.

Voluntarium quando fuit deducere aliquid in iudicium, non licet discedere, cum ex suo facto ius semel fuerit aduersario questum, num. 73.

Citationi ad instantiam alicuius exequata renuntari nequit, cum semel ex ea fuerit tertio ius questum, num. 74.

Renuntiare appellationsi non potest appellans in prauidicium partis appellatae, num. 75.

Dilationi semel obtemperata nequit quisquis in alterius prauidicium renuntiare, num. 76.

Rescripto per aliquem impetrato nequit impetrans renuntiare postquam ex eo fuerit alteri ius questum, num. 77.

Commissioni impetrans renuntiare nequit, postquam citatus fuerit aduersarius, ex qua ius sibi fuit semel questum, num. 78.

Secus ante citationem etiamsi commissio contineat aliquid ad commodum tertij, num. 79.

Rescripto, antequam per citationem efficiatur commune, renuntari potest impetrans inuito aduersario, num. 80.

Clericus reconuentus coram laico non potest renuntiare sua conuentioni, cum ex ea semel fuerit ius tertio questum, num. 81.

Renuntiare potest quis suae actioni, & iudicio intentato re integra, hoc est, ante citationem, antequam vllum fuit ius aduersario questum, n. 82.

Exceptionis